Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26210
Copyright: Admont, Benediktinerstift



126

membra quanto uicinior tangebat. Sed & post resurrectio
nem ei a mortuis manus eorum temptauerit de uerbo uitae. cum ue
ra carne recepisse quam uis iam incorruptibile absque ulla dubi
tatione cognouerit. audientes ab illo ipso. Palpate & uidete quia
spe carnem & ossa non habet. sicut me uidetis habere. Bene autem
dixit. & manus nostre temptauerit de uerbo uitae. quia cum ueritate car
nis ei a mortuis resuscitata & iam manibus contrectando pla
rent. certum uerbum uitae hoc esse dominum uerum esse cognouerit. Vnde &
thomas qui specialiter eum palpare iussus est mox ubi palpauit
carnem dominicam confessus est dicens. Dominus meus. & deus meus. Et uita mani
festata est. & uidimus & testamur. Illam dicit uitam quae in euangelio
loquitur. ego sum resurrectio & uita. quae manifestata est. diui
nis in carne declarata miraculis. Videntque discipuli presentes
qui posteris indubia ueritate testarentur. quando signa fa
ciens sic idem iohs scribit. manifestauit gloriam suam & cre
diderunt in eum discipuli eius. Et quia iohs apls uitam se manifesta
tam uidisse cum suis coaplis testatur. confundatur cum suis sequacib;
apellis hereticus. qui eandem uitam. idem dominum saluatorem non dum
in ueritate. sed hominem in fantasia mundo apparuisse contem
dit. Et adnuntiamus uobis uitam eternam. quae erat apud patrem.
& apparuit nobis. Et erat apud patrem in diuinitate eterna.
apparuit extempore mundo in humanitate. Quod uidi
mus & audiuimus adnuntiamus uobis. ut & uos societatem ha
beatis nobiscum. & societas nostra sit cum patre & cum filio eius ihu
xpo. Manifeste osten D dit beatus iohs quia quicumque so
cietatem cum deo habere desiderant primo ecclesie unitati debent
sociari. illamque fide addiscere. cuius sacramentis imbui. quam